1) Noverint universi quod ego Bernardus de Piru capellanus ecclesie sancti Danielis Gerunde, procurator constitutus cum instrumento a domina Beatrice Dei gratia abba-
tissa monasterii sancti Danielis ad tractandum et procurandum negocia dicti monasterii, et ad faciendum stabilimenta honorum ipsius monasterii, et ad recipiendum
redditus et fructus et alia iura pertinentia dicte domine abbatisse et monasterio predicto, prout latius continetur in dicto instrumento. Idcirco auctoritate dicte procurationis
dono et stabilio tibi Petro Rugayos de Madremanya et tuis et cui volueris perpetuo quandam fexiam boschi cum terra in qua sedet quam dictum monasterium habet
in parrochia sancti Stephani de Madremanya in loco vocato Costa de Castellario, et affrontat ab oriente in fexia boschi quam stabilivi Petro de Puteo per quam habeas in-
tratam tu et tui. Rugayos in sua tenedone versus oriente, a meridie ad mediam serram in camino publico, a circio in boscho de Nabaschrona, quod tenet pro dicto
monasterium, et ab occidente in honore quem stabilivi tibi Rugayos. Predictam quidem fexiam boschi, cum introitibus et exitibus pertinenciis et proprietatibus suis et
cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et decetero faciendis, et sicut melius et utilius ad tuum comodum et tuorum possit dici vel intelligi, sic tibi et tuis
dono et stabilio omnia supradicta. Et constituo me predicta omnia tuo nomine possidere vel quasi donec corporalem acceperis corporalem possessionem, quam tua propria auctoritate
quandocumque volueris possis accipere, et deinde tibi et tuis perpetuo retinere et habere omnia predicta, ad omnes tuas et tuorum voluntates perpetuo faciendas. Salvo in omnibus iure dicti mo-
nasterii, cui dabitis tu et tui de expletis panis et vini que ibi exierint fideliter unam tascham allatam in cellario dicti monasterii de Lacu, et salvo iure dicti mo-
nasterii in terciis laudismiis et foriscapiis, et salvo quod alii tenentores dicti boschi habeant intrata et exita per inde versus oriente. Et sic promitto tibi et tuis quod
dictum stabilimentum faciam tibi et tuis tenere et habere et possidere in pace et esse inde tibi et tuis deffensor et guirent contra cunctas personas. Et pro predictis omnibus tibi
et tuis atendendis et complendis, et pro evictione et omni interesse, obligo tibi et tuis omnia bona dicti monasterii habita et habenda ubique. Et pro hac donatione et stabi-
limento recognosco recepisse et habuisse a te quinque sol. barchinonenses monete de terno, renunciando exceptioni non numerate pecunie. Et ego Petrus Rugayos predictus
firmans predicta, promitto dare dictam tascham ut superius dictum est. Et nos domina Beatrix Dei gratia abbatissa dicti monasterii firmamus et laudamus omnia supradicta. Actum
est hoc iiii kl. novembr. anno Domini millesimo ccc quartodecimo. Signum Bernardi de Piru procuratoris. Signum Petri Rugayos. Signum domine Beatricis Dei gratia
abbatisse predicte qui hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt Bartholomeus de Fabricis et P. de Podio sicco fusterii Gerunde.

Signum Petri Burgesii publici notarii substituti auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toylano publico Gerunde notario qui hec scribi
feci et clausi.

AMV nº 129 p 37

27 - 10 - 1314

nº 463 de [illegible]

[illegible] de Madremanya [illegible]

[illegible]

[illegible] de Madremanya [illegible]

[illegible]

T. 306 x 235

1)

AC/1892 [illegible], 15, de plec, 21, de madremanya

[illegible]

(478)

[illegible]